l. 2. Sed in caſu noſtro conſtat de nullitate dictæ
ſententiæ latæ à Præſide, ergo &c. Secundo re-
24 ſpondeo, quòd † ſi in caſu illius quæſt. 549. mer-
catores contra exactorem datij egerunt actione po
pulari, negando ius exigendi uectigal illi compete-
re, & affirmando ipſis mercatoribus licitum eſſe li-
berè ire per loca, ſeu per uiam, & iter publicum ab-
ſque ſolutione alicuius gabellæ, quo caſu agi poteſt
actione in factum populari, quæ ſuccedit in locum
interdicti, ne quid in loco publico, ad l. 2. §. hoc in-
terdictum, cum ibi not. & §. hoc interdictum perpe-
tuum, ff. ne quid in loco publico, & per Spec. in tit.
de cauſ. poſſeſ. & propr. ibique Io. An. in addit. in §.
1. uerſi. quid de colligentibus, neceſſe eſt præſuppo-
nere, quòd in caſu illo hi mercatores ad utilitatem
publicam, hoc eſt ad uindictam egerunt, ut pœna
etiam exactori imponeretur: Et licet doctor ille hoc
non dicat, tamē neceſſarium eſt præſupponere, quia
hoc interdictum, quòd prætor propoſuit, ut quis
prohiberetur, ne aliquid in publico faceret, quo mi-
nus licitum eſſet liberè ire per uiam publicam, pœ-
nam continet, & publicam utilitatem concernit, ut
in d. l. 2. §. hoc interdictum, & §. penul. iuncta l. 1.
in princ. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. & l. fi.
C. ut uectig. noua: Quod etiam ſuadetur, quia
25 † tunc quis actione populari dicitur agere, quan-
do in libello exprimitur, quòd agit, vt unus de po-
pulo, ad tradita per Bar. in l. mutus, §. in populari-
bus, ff. de procuratoribus. Sed pro parte mercato-
rum non fuit ita dictum, nec huiuſmodi qualitas in-
tentata, ergo non popularis, ſed ſingularis actio fuit
26 intentata. Præterea † ad hoc, ut actio ſit popularis,
requiritur, quòd ſit talis, per quam ius publicum
tueatur, ut in l. 1. ff. de popu. act. & quod agatur ad

pœnam agenti applicandam, ut habetur per gl. &
Bar. in rub. ff. de popu. act. & per Bart. in l. agraria
ff. de termi. amoto, & in l. 1. per illum tex. ff. de iu.
fiſci, & in l. 2. in principio eo. tit. Sed dicta ſenten-
tia domini Præſidis non fuit lata ſuper actione po-
pulari, primo quia non continet pœnam parti ap-
plicandam, ut ex ea apparet, nec pena petita fuit,
ut ex tenore ſententiæ conſtat, alioquin ſententia
libello conformis non fuiſſet, prout eſſe debet ca.
licet heli de ſimonia. & l. ut fundus ff. com. diuid.
Secundo quia non agebatur ad effectum, ut exacto-
res datiorum ſimpliciter prohiberentur, ne impe-
dirent mercatores liberè, & abſque ſolutione gabel-
læ iræ per uias, & itinera publica, prout peti debet,
quando contra exactores, & datiarios agitur, ut per
Spe. in d. tit. de cauſ. poſſeſ. & proprietatis, & ibi
Io. An. & præſupponit præfatus doct. Vltramon.
in d. ſua quæſt. & prout colligitur ex proceſſu, & te-
nore dictæ ſententiæ, ex quo conſtat, qualis fuerit
mercatorum petitio, arg. dicti c. licet, & c. quali-
ter, & quando in fi. de accuſa. ergo non ſumus in
caſu limitationis poſitæ per Alex. in d. l. ſæpe in 11.
co. uerſi. aliam limitationem, ff. de re iudi. & per gl.
& doct. in dicta l. 2. C. quibus res iudic. non nocet,
nec etiam ſumus in terminis, in quibus loquitur
prefactus doct. Vltramont. in d. ſua quæſt. Quod
quidem clarius etiam oſtendo, nam † ad hoc, ut
27 actio, per quam contra exactorem uectigalis agitur,
dicatur eſſe popularis. agi debet, illi ius ſimpliciter
non competere ex igendi uectigal à mercatoribus
euntibus, & tranſeuntibus per uiam, & iter publi-
cum, ad tradita per Specul. Io. And. & præfactum
doct. in locis præall. ad effectum, ut liceat mercato-
ribus liberè per uiam publicam ire, ut ibi per eos:
Sed in caſu noſtro non fuit ita actum, contra datia-
rios, quoniam mercatores fatebantur, & admit-
tebant ſe teneri ad ſoluendum datium gualdi ad ra-
tionem librarum quingentarum, & non ultra iuxta
compoſitiones ſolitas. ergo expreſsè conſtat merca-
tores non egiſſe, ut ipſis liceret liberè ſine ſolutio-
ne alicuius gabellæ ire, & merces ſuas ducere, &
propterea non ſumus in terminis præfactorum do-
ctorum dicentium populari actio ne quem agere
poſſe contra exactores datij ius ſibi competere libe-
rè eundi, & merces ducendi, ſeu extrahendi, &
conſequenter in caſu noſtro non popularis, ſed pri-
uata actio fuit intentata, quæ non facit ius quoad
omnes, ut in ſimili habetur per Bart. in l. ingenuum
ff. de ſtatu hominum: & ideò ſententia lata per
tunc Præſidem non potuit nocere futuris datiarijs,
qui non interfuerunt, & nondum erant datiarij, per
regulam d. l. ſæpe, & ca. fi. de re iud. & l. 2. & per
totum C. quibus rex iudic. non nocet. Si tamen
mercatores tunc egiſſent tanquam uniuerſi, & non
ut ſinguli, fortè ſententia omnibus mercatoribus in
futurum nocere potuiſſet per ea, quæ uoluit dictus
doct. Vltramont. in quæſt. 279. quia eadem mer-
catorum uniuerſitas adhuc eſſet, quamuis illi, qui
tunc erant, mortui eſſent, ut in d. quæſt. 279. Sed
28 in caſu † dictæ ſententiæ domini Præſidis non præ-
ſupponitur mercatores habere, nec facere uniuer-
ſitatem, nec etiam ipſos nomine uniuerſitatis, nec
ut uniuerſos egiſſe, ſed ut ſingulos, quod conſtat,
quia cauſa non fuit agitata per ſyndicum uniuerſi-
tatis, nec eo modo, quo cauſæ uniuerſitatis agitan-
tur, iuxta ea, quæ habentur in l. nulli, & in l. ſicut
§. in decurionibus, & in l. ciuitates, & ubique glo.
& per totum ff. quod cuiuſque uniuerſitatis nomi-
ne, & ibi Bart. Bal. & alij, ergo &c. ¶ Præterea con
29 ſidero, quòd † licet dicatur eſſe contra publicam

utilitatem de nouo imponere, ſeu exigere no[…]
ctigalia, quando non reperiuntur uel auc[…]
principis, uel ex antiqua conſuetudine impo[…]
introducta l. 3. C. ut uectig. noua cum ſi. ibi […]
alleg. tamen quando apparet uectigalia iam […]
principe impoſita, uel ex ueteri conſuetudine […]
ducta, tunc illorum impoſitio dicitur facta ad […]
tatem publicam, eorumque conſeruatio pub[…]
ciuitatis utilitatem ſapit, ut eſt tex. in l. vecti[…]
C. de uectiga. & commiſ. l. 1. & ibi doct. C. ut […]
uectig. & præſupponit præfatus doct. Vltram[…]
30 d. ſua quæſt. 549. Et ideò † ſententia lata ad […]
rem exactoris datiariorum contra mercator[…]
tur fauorabilis, & utilitatem publicam conti[…]
& omnes mercatores in futurum ligare, qua[…]
mus in caſu, in quo pro certo conſtabat de a[…]
impoſitione, ſeu de ueteri conſuetudine uect[…]
Et hoc in caſu propriè loquitur præfatus doct[…]
dicta quæſtione, nam cum expreſsè fauorem […]
cum, & communen utilitatem ciuitatis con[…]
debet extendi, ut in l. hoc modo in fine, ff. de c[…]
& demon. Et ſtantibus his terminis, & hoc […]
ſuppoſito quòd in loco, & in ciuitate procer[…]
ſtet de exactione uectigalium, uel ex conc[…]
principis, uel ex antiqua conſuetudine, pro[…]
ſupponitur fuiſſe obſeruatum in ciuitatem […]
tunc ſententia lata contra exactionem, uel […]
tionem datij ad fauorem mercatorum non […]
publicam, & communem utilitatem conti[…]
mò contra eam eſſe, argumento dictæ l. u[…]
in princ. ff. de publ. l. licitatio §. earum, & […]
quis profeſſus eo. tit. Et conſequenter ex par[…]
catorum non dicitur eſſe actio popularis, qu[…]
ad tuendum ius publicum d. l. 1. ff. de pup[…]
in hoc ultimo caſu non loquitur præfatus doc[…]
ſua quæſt. ſed ſolum quando ſententia lata fu[…]
tra mercatores ad fauorē exactoris gabellæ, & […]
ſtabat de antiqua impoſitione, ſeu conſuetu[…]
ctigalis exigendi: Quando uerò non conſta[…]
impoſitione, nec de conſuetudine datij, tu[…]
tentia lata contra mercatore ad fauorem ex[…]
non publicam utilitatem, ſed odium conti[…]
dictum eſt, & in hoc caſu competeret actio p[…]
ris cuilibet de populo ad tuendam commun[…]
litatem ad tradita per Spe. & Io. And. in d[…]
cauſ. poſſeſ. & propr. in §. 1. & hic non eſt ca[…]
ſter, vt dictum fuit, neque in hoc caſu loquit[…]
fatus doctor: & ſic ex prædictis apparet ſubla[…]
tiſſimum fundamentum partis aduerſæ factu[…]
cta ſententia domini Præſidis, & in dicta quæ[…]
¶ Non aduerſatur etiam datiariis conſilium […]
107. in 2. uol. col. pen. in uer. & ſi diceretur […]
ad finem illius columnæ, de quo conſultores […]
aduerſæ multum exclamant, quia nō replica[…]
ter uerba Alex. quæ inſpici poſsūt. Reſpōdeo […]
31 mis† Alex. præſupponere, illam nō eſſe prop[…]
ſuetudinem, ſed potius obſeruantiam quāda[…]
non requiritur, ꝙ ſi reſcripta, prout requirit[…]
ſuetudine ad hoc, ut ualeat, & ſit ſeruāda c. fi[…]
ſuet. & ibi gl. & doct. & glo. in c. fruſtra. 8. d[…]
Obſeruātia autem etiam ſi non ſit præſcripta[…]
modo ſit certa, & probetur ex aliquibus actu[…]
formibus obſeruatis, eſt ſeruanda, & contra[…]
ſecundum illam contraxiſſe cenſentur, & e[…]
ba contrahentium declarantur, ut ibi per Al[…]
multa allegat: At in caſu noſtro non conſta[…]
formi obſeruantia ſolutionis datii gualdi, ſe[…]
uerſa, & de difformibus ſolutionibus, ut ex […]
ctis in proceſſu, & ex dictis teſtium appare[…]
ex hac difformi obſeruantia non poteſt dici […]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſumi, ut dictum fuit. Præterea non fuit promiſſum
ſimpliciter exercere gabellam modis, pactis, & con-
ditionibus ſolitis, & cõſuetis, ſed etiam promiſſum
fuit in exigendo, & exercendo gabellam ſeruare ſta
tuta ciuitatis, ut conſtat ex inſtrumento conductio-
nis, habita relatione ad aliud inſtrumẽtũ, in quo pro
miſerunt datia exercere etiam ſecundum formam
ſtatutorum Forliuij. Cum ergo non conſtet de con-
ſuetudine cõtraria, nec ſit conuentum de obſeruan-
tia, ſed de conſuetudine, & de ſtatutis, profectò ſtatu
ta ciuitatis in exigẽdo abſque dubio ſeruanda erunt;
Et hæc eſt optima reſpõſio ad tollendum motiuum
fundatum ſuper dicto Alex. in conſil. quoniam illud
non facit contra, immò poteſt retorqueri, ut ex præ
dictis apparet: Et cõſequenter uidetur etiã ſublatum
illud, quo dicebatur, conuentum fuiſſe datium, & ga
bellam exigi debere ſecundum modum cõſuetum,
& uerba in cõtractibus debere aliqd operari. ¶ Non
aduerſatur etiam prædictis, quòd † ſtatutum cõmu-
nitatis Forliuij ſuper datijs ſoluẽdis non fuerit ſaltẽ
quoad gabellam gualdi receptum, & ideò circa hu-
iuſmodi datij gualdi ſolutionem non debet attendi
ſtatutum, ſed conſuetudo, uel obſeruantia, quæ po-
tius cenſetur eſſe quid facti, quàm iuris, & propterea
ſeruanda eſt abſque eo, quòd fuerit præſcripta, cum
dicta communitas talem cõſuetudinem, ſeu obſer-
uantiam aduerſus ſtatutum ab ea conditum ſciue-
rit, & paſſa fuerit, argumento §. leges, & §. hæc & ſi
legibus, 4. diſtinct. & expreſsè habetur per Arc. in cõ
ſil. 11. in 2. dubio per notata per Abb. & do. Cardi. in
c. 1. de treuga, & pace, & tanto magis hoc dicendum
eſt in caſu occurrẽti, qa gabellarij cõductores gabel-
læ groſſæ cõduxerunt dictum datiũ, ſecũdũ, & prout
cõſuetũ eſt, & ꝓmiſerunt exigere, & exercere gabel
lã modis, pactis, & conditionibus ſolitis, & cõſuetis,
quibus alij cõductores exercuerunt, ergo, & moder-
ni cõductores tenẽtur ſeruare cõſuetudinem exigẽ-
di datium gualdi iuxta cõuentiones ſolitas, & cõſue
tas, argumẽto l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædil.
edic. & l. fi. C. de fideiuſſo. cũ alijs ad propoſitũ allega
tis per Decium in conſil. 48. circa principium: Quia
pro reſponſione prædictorũ eſt præſupponendũ, ꝙ
in ciuitate Forliuij nõ extat aliud ſtatutum ſuper ſo-
lutione datij gabellæ groſſæ, niſi illud generale, quo
cautũ eſt, quòd pro qualibet libra æſtimationis, ſeu
precij quarũlibet merciũ ſolui debeat unus ſolidus,
quod ſtatutũ fuit receptũ, ſemperq́ue ſeruatũ, & ad-
huc quotidie ſeruat̃, & eſt abſque dubio in uiridi ob
ſeruãtia ſaltem quoad alias merces, quamuis quoad
gualdũ dubitetur, an ſit ſeruãdũ, cũ aſſeratur quoad
illud nõ fuiſſe receptum, ut ſupra dictum eſt: Sed nõ
obſtante huiuſmodi dubio dico, illud etiam quoad
gualdum ſeruandũ eſſe per ea, quæ ſupra dixi, nec ex
aduerſo oppoſita impedir̃ debẽt, quo minus ſolutio
33 gabellæ gualdi fieri debeat, ut iam cõcluſi, quia † lex,
ſeu ſtatutũ tunc nõ eſt ſeruandum, quando penitus,
& in totum nõ fuit in loco per ſubditos receptũ, nec
ſeruatũ, ita propriè loquũtur Abb. Cardin. & alij, &
maximè Felin. in d. c. 1. de treuga, & pace in 9. col.
uerſic. intellige quarto poſt Dominicũ de Sãcto Ge
minia. in §. leges, per illũ textũ, & in §. & ſi legibus 4.
diſtinct. nã quãdo princeps, aut ciuitas cõdit legem,
uel ſtatutum, uidetur ſtatuere ſub cõditione, ſi mori
bus ſubditorũ recipiet̃, d. §. leges, d. §. & ſi legibus, &
l. de quibus, ff. de legibus, ergo ſubditi non ſeruantes
non ligantur lege, ſeu ſtatuto, nec contra præceptũ,
& uoluntatem ſuperioris ueniunt, ut ibi per Domi-
nicum: Si igitur ſtatutum fuiſſet aliquomodo, & pro
maiori parte receptũ, & ſeruatum, debet in totum
ſeruari, nec dici poteſt, quòd non ſit ſeruandum,
cum fuerit pro maiori parte ſeruatum, ſicut ad hoc'
ut dicatur receptũ, & cõſequenter ſit obſeruandum'
ſufficit, quòd à maiori parte ſubditorũ fuerit rece-
ptum, quamuis à multis, hoc eſt à minori parte rece
ptũ nõ fuerit, ſatis enim eſt aliquo modo, & ut in plu
ribus, & à maiori parte fuiſſe ſeruatũ, & receptum,
quamuis quoad quid, & quoad aliquos ſeruatũ non
fuerit, ut expreſsè uolũt docto. ueluti refert, ac ſequi
tur Feli. in d. c. 1. in 7. colum. uerſi. quinta declaratio,
& eſt de mente Areti. in d. conſil. 11. colum. 3. in uer
ſicu. ſed oſtenditur, & in uerſicu. hanc ſententiã poſt
dominum Anton. in c. quia circa, de cõſaguinita. &
aſſinita. & ipſe ibi hoc uoluit in uerſic. ex his infert̃.
¶ Præterea mercatores ideò denegãt ſoluere ſecun
dum ſtatuta, quoniam dicũt ſemper fuiſſe ſolutum,
ſecundum quod conuentum fuit inter ipſos, & datia
rios: ex quo infero primo, quòd ubi non fuit conuen
tum inter eos de ſoluendo, tenentur ſoluere ſecun-
dum ſtatuta, & legem loci, d. l. licitatio, §. earum, &
in l. fina. §. ſi quis profeſſus, ff. de public. Secundo in-
34 fero, † quòd ex eo, quòd etiam diu ſolitum eſt conue
niri ſuper remiſſione gabellæ, non dicitur lex, ſeu ſta
tutum uectigalis nõ fuiſſe receptum, nec dici poteſt
ex hoc non fuiſſe receptum, quin finito tẽpore illo,
quo ſic cõuentũ fuit, poſtea ſtatutũ ſit ſeruãdũ, ut eſt
tex. clarus in d. §. earũ, & in d. §. ſi quis ꝓfeſſus, quæ iu
ra hoc expreſsè probãt. Ex qbus infertur, & uerũ eſſe
arbitror, quòd licet ſtatutũ nõ ſit ſeruãdũ, propterea
quia nõ receptũ, & cõtrariũ ſemper ſeruatũ fuerit,
ut in d. §. leges, & in d. §. & ſi legib. & plenè per docto
res in d. c. 1. cum ſi. non tamen dici poteſt ſublatum
ſtatutũ, nec poteſt dici non receptũ, propterea quia
aliter fuerit inter aliquos conuentũ, & contractũ, nã
diſpoſitio ſtatuti ceſſat in totum per cõtrariũ uſum,
nõ autem per cõtrarium cõtractum, ſeu contrarias
cõuentiones, d. §. leges. Rurſus text. in d. §. leges, & in
d. §. & ſi legibus non merẽtur allegari ad probandũ,
quòd ſtatutum non habeat uires, quando nõ fuit re-
ceptũ, quoniã illa, quæ ibi habentur, ſunt dicta Gra-
tiani, quibus nõ eſt ſtandũ, & quæ legem nõ faciunt
ſecundũ Domin. in d. §. leges, & doct. communiter
in c. 2. de reſcript. poſt Io. And. dicunt dicta Gratiani
ius nõ facere, nec poſſe ad deciſionem cauſarum al-
legari. Præterea ex quo mercatores habet ſcientiam
dicti ſtatuti ciuitatis, tum quia ſunt de loco pro ma-
iori parte, & ibi per lõgum tempus habitauerunt, ar
gumẽto eorũ, quæ uoluit Bart. in l. omnes populi, ff.
de iuſti. & iure, & Aret. in d. conſi. 11. tũ quia ipſi ſal-
tẽ pro alijs mercibus ſoliti, & cõſueti ſunt ſoluere ſe
35 cundũ illud ſtatutũ, ſequitur, quòd † ad illud tollẽdũ,
& faciẽdum nõ dici receptũ, quamuis nõ requiratur
uſus præſcriptus triginta, ſeu quadragĩta annorum,
tamẽ erit neceſſarius uſus cõtrarius præſcriptus ſpa-
tio decẽ annorũ, & conſequẽter uſus cõtinuus decẽ
annorũ nõ interruptus, vt voluit Bar. in l. labeo, ff. de
ſupellect. lega. poſt glo. iunctis alijs ſupra deductis,
ſecus eſt, ſi dicti mercatores ſtatutũ illud ignoraſsẽt,
ut qa forẽſes eſſent, nec ſoliti in ciuitate Forliuij con
uerſari, aut morari, nã tunc nõ eſſet neceſſarius uſus
tãti tẽporis, uidelicet decẽ annorũ, nec præſcriptus,
ſed ſatis eſſet unũ, uel binũ actũ cõtrariũ interueniſ-
ſe, ita expreſsè declarat ſaluãdo Bar. in d. l. Aret. in di
cto conſilio circa finem: At, ut dictum eſt, mercato-
res, ac etiam gabellarij habuerunt notitiam dicti ſta
tuti, ergo fuit neceſſarius cõtrarius uſus præſcriptus
ſpatio ſaltem decem annorum, ueluti Aret. ipſe fate
tur in d. conſi. in fin. & fuit etiam expreſsè de mente
Io. de Imol. Calder. & domi. Anto. in d. c. 1. de treu-
ga, & pace, & Ioan. And. in rub. de conſuetud. Ro-
ma. in conſil. 512. in fi. incipien. quoad primũ, Alex.

in conſil. 132. uolum. 1. & melius, & clarius hoc uoluit ipſe Alexan. in conſil.6.eodem libro, quòd abſolutè acquiratur uſus contrarius præſcriptus tempore continuo decē annorum ad hoc, ut ſtatutum moribus receptum nō dicatur, & Felin.in d.c.1.de treuga, & pace, colum. antepenul. uerſic. conſidero ſecūdo, fatetur hoc magis communiter teneri, quam uis ipſe alter diſtinguēdo contrarium uelit: Præſcriptio autē aliqua, ſeu contrarius uſus ſtatuti p̄ſcriptus ſpatio decē annorū nō reperitur probata, ſeu probatus, q̄a, & ſi alicuius tēporis uſus cōtrarius ſit probatus, nō tamē cōtinuus decē annorum, ut requiritur, ueluti ex proceſſu conſtat, ergo &c. ¶ Adde animaduertendū eſſe, quòd moderni conductores circa exactionem uectigalis promiſerunt, & cōuenerunt ſeruare nō ſolummodos, & pacta ſolita, & conſueta ab alijs ſeruari, ſed etiam ſtatuta ipſius ciuitatis, ut conſtat ex eorum inſtrumēto, habita relatione ad inſtrumenta conductionū, de quibus in eorum inſtrumento, ad quæ ſe referunt. Sed nulla alia ſtatuta ſunt, quę loquātur de exactione gabellæ groſſæ, & uectigalis, niſi illud, de quo ſupra, quod eſt generale, & unicum, argumēto l.1.cum ibi not.ff.de liber. & poſth. ergo ſecundum illud exactio fieri debet, quia ſic expreſsè cōuentum fuit, & ex eo quòd ſæpe inter datiarios, & communitatem conuentum fuit ſuper conductione datij gabellæ, quòd in exigēdo, & exercendo uectigal gabellæ ſint ſeruāda ſtatuta, apparet ſtatutum prędictum ciuitatis Forliuij fuiſſe receptum, & approbatum, ſic enim dicitur cōſtarę de receptione, & approbatione ſtatuti, ad tradita per doctores in proœ. decretaliū, & plenius in d.c.1. de treuga, & pace, ergo ſtatutū illud eſt omninò ſeruandū. Poſſet etiā pluribus aliis modis reſponderi motiuis p̄dictis, & ijs, quę dicit Aret.in d.cōſil. & Bal.in l.binos, circa finē, C.de aduoca.diuerſo.iudi. ut colligi pōt ex ijs, q̄ ſupra plenè dixi, ad quæ me remitto, ne eadē ſæpius repetātur. Vlterius nō inſiſto ſup reſpōſione multorum, quę pro parte mercatorū allegata fuerunt, quoniā illa iudicio meo parū ſtringunt, & uirtualiter ex prædictis ſublata uidētur. Et cum res agatur corā uiro doctiſſimo, ipſe cętera, in quibus ad fauorē cōmunitatis, & datiariorum defeci, ſupplebit. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Princeps ſuo contractui ſtare tenetur, & ex illo non ſolum naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligatur:*
Et quid de contractu ſui prædeceſſoris, num. 3. & 9.
2 *Ex pacto, & contractu quilibet de iure canonico obligatur naturaliter, & ciuiliter.*
4 *Princeps quomodo dicatur in principatu ſuccedere.*
Et an poteſtatem habeat obligandi ſuum ſucceſſorem.
5 *Princeps contractui etiam ſuo, & iurato non tenetur ſtare, quando eſſet damnoſus iuribus ipſius principatus, ac etiam ſubditis ſuis, num.8.*
6 *Diſpoſitionem eſſe ab initio præiudicialem, uel poſtea effici talem parificantur quoad effectum, ut illi non ſit ſtandum.*
Et an id ſit uerum num. 17. & 18.
7 *Ad aquam, quæ noceat, arcendam quæ actio competat:*
Et quid ſi aquæ ducendæ ſeruitus eſſet impoſita, num. 21.
8 *Contractus principis ualde ſubditis præiudicialis non ualet, & reuocari poteſt.*
9 *Ex principis contractu quando ſucceſſores in principatu, & ſubditi obligentur uſque ad num. 13. 15. & 19.*
10 *Principis contractus pro bono pacis, & concordiæ factus dicitur eſſe bonæ fidei, & in dubio dolum excludit.*
11 *In contractu bonæ fidei multa tacitè comprehenduntur, quæ ſub uerbis eſpreſſis non comprehenderentur. Secus eſt in contractu ſtricti iuris.*
21 *Feudali rei ſeruitutem imponi non poſſe, quomodo procedat, & numero 14.*
13 *Diſpoſitio hominis, & legis ſimul unita, eſt fortior, qua[m ſim]plex hominis diſpoſitio.*
15 *Seruare contractus, qui dolo carent, eſt de iure diuino.*
16 *Principi etiam non licet recedere ab ijs, quæ ſunt de iur[e diui]no, nec ſuper illis diſpenſare, ſed ea uſque ad anim[am, &] ſanguinem conſeruare debet.*
17 *Læſio expoſtfacto ſuperueniens quæ reuocet, & quæ non.*
18 *Et an princeps, uel eius ſucceſſor ratione læſionis expoſtf[acto ſu]peruenientis poſſit contractum, & conuenta reuoca[re].*
20 *Alueus fluminis, & curſus aquæ quando, & quomodo [poſſit] mutari, & quando non.*

EPITOME.

PRINCIPIS contractū ligare ſucceſſore[m] prętextu læſionis expoſtfacto ſuperuenientis [...]di poſſe, hic probatur.

CONSILIVM CXXXVIII.

ETsi in hac cauſa pauca quidē ſupe[...]
quæ non fuerint ab alijs excellētis[...]
uocatis conſiderata, tamē dicta ab [...]
probādo, aliqua breuiter ſubiūgā [...]
poſito itaq;, ſed nō cōceſſo, uerum eſſe, quod [...]
uatione aquarum fluminis Rheni in Padum [...]
ſtia, & loca nuncupata la rotta di madonna [...]
prout ex forma contractus alias celebrati[...]
debebāt, magnū poſſet in futurū ciuitati Fer[...]
hominibus eiuſdē præiudiciū afferri, utrum [...]
ſufficiens cauſa recedendi à cōtractu trāſa[...]
ctæ inter olim Illuſtriſſ. Ducem Alphonſū [...]
magnificā cōmunitatē Bononiæ ex alia, uide[...]
1 mo aſpectu id eſſe affirmādū, quia licet † pri[nceps]
ſua, uel prædeceſſoris lege non ligatur, l.prin[ceps]
aliis, ff. de legibus, teneatur ſtare ſuo contra[ctui]
ſolū ex obligatione naturali, cui princeps ſu[...]
tradita per Cynum, & alios in l.digna uox, C[...]
bus, & per ſcrib. in c.1.de probat. ſed etiam e[...]
tione naturali, & ciuili, quæ apta eſt actionē [...]
cere, argumento l. licet, §.ea obligatio.ff.de p[...]
to. & habetur in §.1.Inſtitu.de obliga. & per [...]
ex hoc iure, ff. de iuſti. & iure. quoniam nulli[...]
quòd in iis, quæ animam, & peccatum conc[...]
princeps dicitur canoni ſubeſſe.c.1.& ibi om[...]
ego plenius comprobaui, extra de conſtitutio[...]
cit Bald. in d. l. princeps, quòd princeps, q[...]
2 eſt ſub lege fori, eſt tamen ſub lege poli; ſed [...]
re canonico quilibet ex pacto, & contractu [...]
gatur naturaliter, & ciuiliter, c.1.& c.quali[...]
ibi not. per glo. communiter approbatam, [...]
pactis, c.quicunque ſuffragio, 12.quæſt.2.c.[...]
q. 5. cum iis, quæ habentur per Bart. in d.l.[...]
& per glo.in d.§.1.Inſtitu.de oblig.ac etiam [...]
alias de iure ciuili ex pacto ſolū diceretur o[...]
gatio naturalis, quæ actionē non producebat [...]
gentium, §.igitur nuda, ff.de pactis, quoniā [...]
lū uinculū naturale, hoc eſt cōſenſus, l.ſtich[...]
turalis, ff.de ſolut. & l.cū āplius, §. is natura[...]
de re.iur.nō aūt ciuilis obligatio, quæ ex cō[...]
ne pacti, & cōuētionis, quā lex facit, oriri dic[...]
gitima, cū ibi not.ff.de pactis, & habetur in d[...]
hoc iure.hodie autem pactū nudū ratione p[...]
catur cōfirmari per ius canonicū, ut in d.c.1.[...]
qualiter, per quam cōfirmationē obligatio [...]
prius ſolū naturalis dicebatur, eſt ciuilis eti[...]
quia legis, & canonis cōfirmatio ciuilem ob[...]
nem producit d.l.legitima, & in d.l.ex hoc iu[...]
princeps etiam, & Imperator dicatur huic ca[...]
nico ſubiectus, ut ſupra, & in c.nouit, de iudi[...]
tur ex his, quod ipſe ex ſuo contractu natura[...]
ciuiliter obligari dicetur, ueluti ad propoſit[...]
ſoleo inducere textum in dicto c.nouit, [...]